

S U M M A R I U M .

Qua requiritur, ut votum dicatur ex superioris licentia emissum... An facti sit approbatio subsequens? nu. 42. An sit licentia emissum, quando tacito voto petitur licentia...

41 Quaestio ultima. Quando dicatur votum ex superioris licentia emissum, ut licet nequeat illud licite irritare abique causa...

42 Constat votum non exigi, ut licentia praecedat votum, sed facti est approbatio subsequens superioris, cognito voto...

43 Hinc deducitur, si subditus tacito voto impretaret licentiam operis promissi exequendi, ante illius votum...

44 Sed quid subditus obtenta licentia aliquid donandi, aut faciendi, voteat se id facturum, aut donaturum? Videtur licentia superioris id votum factum...

45 Potissima autem difficultas est, an taciturnitas, & dissimulatio superioris, cognito inferioris voto, censetur con-

sentus, ac voti illius approbatio, ita ut jam non sit superioris integrum irritare abique causa? Affirmant Innocent. & scriptura...

46 Sed dicendum est, solum taciturnitatem superioris, & consensum interno desitutum, non satis esse ad voti approbationem...

47 Veram si auditio voto superior tacet, habens internum illius approbandi consensum, et est utique sufficiens illius approbatio...

48 Sed dubitatur, an sufficiat qualicumque voti auditio, cum hac superioris taciturnitate, an potius oporteat audire a subdito proponente votum superioris? Videtur enim...

49 Verum dicendum est non sufficere consensum merè internum, quicumque superioris auditio voto taciturnitatem, sed oportere audiri ab ipso subdito proponente illud superioris, ut facultatem exequendi concedat...

ditio consensus praestandi a superiore est imbibita in ipso subdito voto, & ideo ita debet poni, ut ipsi subdito sit cognita...

50 Atque sicut non sufficit ad hanc licentiam audiri votum ab alio, quam ab ipso subdito, aut nuntio per eum ad id destinato...

51 Sed adhuc difficultas est, an in dubio, an adfuerit consensus internus in superiore, is praesumatur ex ejus taciturnitate, proponente et subdito votum...

52 At si ratio adducta aliquid probaret, concluderet utique nunquam illam taciturnitatem esse signum consensus, quippe hic semper edere in superioris damnum...

53 Dicitur tamen intelligi, nisi superior tacens erraret positivè, credens sibi non esse integrum contradicere, aut licentiam denegare, tunc enim etiam licentia expressa non sibi noceret...

54 Quidquid tamen sit de hoc, an illa taciturnitas sit consensus in votum, id tamen afferendum est, sufficere, ut subditus licite exequatur votum rei interdictae...

signum, ut in dubio praesumatur consensus. Quod etiam tradit Valentia 2. 2. disput. 6. quest. 6. quest. 1. in fine...

55 Dicitur tamen intelligi, nisi superior tacens erraret positivè, credens sibi non esse integrum contradicere, aut licentiam denegare, tunc enim etiam licentia expressa non sibi noceret...

56 Sed adhuc difficultas est, an in dubio, an adfuerit consensus internus in superiore, is praesumatur ex ejus taciturnitate, proponente et subdito votum...

C A P U T XXVIII.

De facultate irritandi vota emissâ tempore subjectionis alteri habenti potestatem dominativam, quae competit superiori diverso habenti quoque dominativam potestatem.

S U M M A R I U M .

Potestas superioris subsequens dominationem, potest esse duplex, nimirum... Proponitur probatio posse superiorem succedentem in utramvis jurisdictionem dominativam, irritare vota tempore prioris emissâ...

1 PRæmittendum est, duplicem posse esse potestatem dominativam subsequentem. Altera est, diversè moraliter potestatis, ut si prior sit tutoris, aut patris in pupillum...

2 Videtur, utrovis modo succedat superior in potestate dominativam subdito, posse irritare vota tempore prioris emissâ, quia cum ille subditus non fuerit sui juris tempore voti...

3 Prima concl. Superior succedens in eadem moraliter potestatem dominativam, potest verè, & directè omnia ea vota irritare, quae tempore prioris superioris emissâ sunt...

